



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Obses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

O.

Obediencia.

Obediendum non est Superiori, cum est certum præcipi malum; in dubio autem an malum sit, excusat obedientia credentem licere obedire. De hac Tolet 1. de 7. prec. more. c. 14. usque ad 22. vide Nav. c. 23. n. 38. Syl. obediencia n. 2.

Mortale est, nolle obedire in re gravi, sine causa, aut nolle aliquid facere, quia jubetur: est enim id contemnere superiorem. Quidam tamen putant, famulos non teneri obedire sub peccato mortali, ex vi præcisa obedientiæ, id quod probabile est. Nav. l. c. n. 36. Syl. l. c. n. 1. Tol. c. 19. n. 5.

Non tenetur obedire, qui credit Superiorem per errorem præcipere, & si veritatem sciret, non fuisse præcepturum; & quidem per edictum generale non intendunt Superiores obligare, cum damno gravi Nav. 38. n. 38. Tol. n. 5.

Oblatio.

Obligat consuetudo aliquid offerendi in Ecclesia, si per devotionem liberam fiat; sufficit vero, cum obligat, majorem partem populi offerre. Vid. Fum. oblatio n. 3.

Oblata celebranti in Ecclesia, cedunt Rectori, itemque quæ offeruntur Ecclesiis diuisionis ejus. Fum. l. c. n. 4.

Obses.

Vid. v. Bellum.

Obsidem dare potest Papa clericum, vel religiosum, & Abbas monachum, pro monasterii utilitate, Vid. Syl. v. r. f. obser. num. 2.

Observatio vana.

Vide v. Divinatio, Superstitio.

1. Vana observatio contingit, quando ex consideratione alicujus eventus casualis conjicitur aliquid prosperi, vel aduersi. Nomine vana observationis, venit magia, veneficium, male-